

August Varenius

**Augustus Varenius, SS. Th. D. Hebraicorum Professor. & Universitatis
Rostochiensis Rector Ad Exequias Quas ... Viro Dn. Henrico Schnidtler/
Rostochiensi. I.U.D. Eximio. Vidua moestissima Elisabetha Geismers ... parat.
Omnes omnium ordinum cives Academicos officiose ac benevole invitat ...**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426293>

Druck Freier  Zugang



Varenius, A.,
in
H. S ch n i d t l e r .

Rost. 1652.

24

AVGVSTVS VARENIVS, III

SS. Th. D. Hebraicorum Professor.

&

Universitatis Rostochiensis

RECTOR

Ad Exequias

Quas

Clarissimo & Consultissimo Viro

DN. HENRICO *Schmidtler*

Rostochiensis. J. U. D. Eximio.

VIDUA *mestissima*

ELISABETHA *Griffmers.*

Fœmina omnium matronalium virtu-
rum ornamentis conspicua.

*Ad diem 24. Maij horâ 1. pomerid. in templo
Mariano parat.*

Omnes omnium ordinum cives Academicos
officiosè ac benevolè invitat.

Conventus fiet in aede D. Jacobi horâ 1. pomerid.

••(O)••

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M. DC, LII.



N jucundissimo ac amœnissimo delicatissimi temporis articulo, universus, qui inde ab Antartico continetur Tropico, nunc exultat orbis, & creaturarum universitas, cujus catholici jubili elegantiam, elegantissime expressit ex Patribus ille, cui *χρυσὴν σῶμα* nomen dedit homil. *εἰς τὴν περὶ δρομον*: Scilicet οἱ ἀνηθέτατοι λειμῶνες

ἀνθεσι χρυσεῖς μοῖσι πεποικιλῆμενοι, δένδρεσι καλλιπνοῖσι καρπούμενοι, ὄρνεσι καλλιφώνοις κλονούμενοι, item τραυλαὶ λάλων ὄρνιθων συειγγώδεσι κλαγγαῖς λιγυρὸν μέλος ἀποπέμπουσαι, ἀνακλώμεναι αἰεταὶ γλαυ, πτερυγεῖς ἀνταεράπτουσαι λαμπηδόνας, πικυμένες τε καὶ βούνομοι ἐναυλα εἰχοντες πρὸ τῶν μουσικῶν ὄρνιθων λυρικά μελωδήματα δόναξι πολυφθόγγοις ἀντίμιμα κελαδοῦντες καὶ τὴν ἀκρόην τῶν ἀνθράπων θέλγουσι καὶ τὴν ὄρασιν θείλουσι. Sanctissime autem idem divinissimus purpuratusq; vates in seculari & jubileo hymno ubi **מַגְנִי דְּבִי** MAGNI D BI exinde quoque celebrat, quod irriget montes e cœnaculis suis, ut à fructu operum suorum satietur terra, quod germinare faciat fœnum jumento, & herbam hominis ministerio, ut depromant cibum e terrâ, ex quâ admirabili summi Dei Oeconomîâ in admirationem, & ex hac in *δοξολογίαν* raptus exclamat: *Quam ampla sunt operatua, θ̄ ΖΗΟΒΑ!* quàm sapienter omnia illa fecisti: plena est terra possessione tuâ sit honor ΖΗΟΒΑΗ in seculum: letetur ΖΗΟΒΑΗ in operibus suis Ps. 104 v. 13. 14. 24. 31. neq; tãn sumus ὀλιγόμοιοι ut non de Misericordiâ ac paternâ Dei nostri providentiâ nobis quoq; oportuno tempore promittamus **נְדַבְרָם** & complementum illius promissionis Hof. 2. 21. 22. sed & **רִצְרִקָה תְּוַעֲדָה** de quo Ps. 66. 13. At aliud partim humile partim sublime: illud *τῆς νῦν!* hoc *τῆς μελλούσης ζωῆς* spectaculum, sistit, quæ præsens ver proterit *æstas interitura*. Equidẽ, uti ærumnosissimam hujus vitæ difficultatem *brumalis rigoris* constanti pertinacix, quæ innumeris adversitatum nebulis ac nubilis omnem ætatem involvit, quæ acerbissimò calamitatum frigore omne pectus constringit, quæ inertissimo torpore prohibet scrutinium sublime, quæ hoc fragile adurit corpus, donec decreta reddatur corruptioni, recte æquaveris: ita *fugacissima hujus vitæ brevitatem*, sive *brumali paucarum hõrarum Soli*: sive æstivo celerrimeq; ruenti temporirectè comparaveris, *juventutis inprimis florem*, & virilem ætatem, quæ etiam illis, qui à fronte: non à tergo vellatere temp^o inspiciunt, ruit. Præijt jam ante Sanctissimus vates, & hoc emblemata expressit Ps. 103. *Dies hominis sicut similes graminis: floret, sicut flos agri: simul ventus pervadit ipsum, non amplius*

*amplius est: neq̄ amplius agnoscit illum locus ejus. v. 15. & 16. quin, quomodo fu-
 gaces labantur anni, etiam valentissimi, alibi ex professo ostendit, dum de ex-
 cellentissimo etiam octogenario, quem laborem dicit & molestiam, præcis radi-
 cum monosyllabis: festinè, inquit, excinditur, avolamus, quod egregie incom-
 parabilis noster Lutherus: Es fährt schnell dahin, als flögen wir davon/ Psal.
 90. v. 10. Neq̄ aliud voluerunt Græci trito illo suo: σιγμή χρόνου βίβη.
 Præclare Stoicorum sapientissimus l. 6. ep. 50. Infinita est velocitas temporis,
 quæ magis apparet respicientibus: punctum est quod vivimus, & adhuc puucto mi-
 nus, & lib. 16. ep. 100. Propone profundi temporis vastitatem, & universum com-
 plectere: deinde hoc, quod ætatem vocamus humanam compara immenso, videbis,
 quàm exiguum sit quod optamus, quod extendimus. Ex hoc quantum lacrymæ, quan-
 tum sollicitudines occupant, quantum mors, antequam veniat, optata, quantum va-
 letudo, quantum timor, quantum teneri aut rudes & inutiles anni. Dimidium ex
 hoc edormitur: adijce labores, luctus, pericula, & intelliges, etiam in longissimâ
 vitâ minimum esse quod vivitur. Sed ad sublimiores meditationes nos præsens
 ætatis delitium avocat, & intonat auribus vox CHRISTI: ἀναύψαται
 i. e. auidè sursum respicite, resupinato collo, attollite capita vestra, quoniam
 appropinquat æstas amœnissima ἐγγὺς τὸ θεῖον: quænam autem æstas illa? ap-
 propinquat regnum Dei, & redemptio vestra Luc. 21. 28. 30. 31. Hæc ergo est
 jucundissima illa & æterna cœli æstas, quæ post brumale mortis opprobrium
 nunquam interiturâ serenitate succedet, &*

*quæ pigra cadavera pridem,
 tumulo putrefacta jacebant*

*tumulis excita, nova, luce, potenti calore divino vigore, ineffabili honore,
 reficiet. Stabit unus idemq; æternus hujus ætatis cœlestis, quam μετ' ὀνό-
 ματος ἀειδαίας expectant οἱ τῆν ἡορτίαν ἀπεκδεχόμενοι, dies: perennabit se-
 renissima amœnitas: non illam noctis caligo involvet: non nubilosus aer rum-
 pet, non tempestas intercludet, ubi erit lux sine tenebris, dies sine nocte, æstas
 fine hyemè, calor sine frigore, & καὶ ἡλίου, ubi iusti fulgebunt ut sol in regno pa-
 tris sui. Matt. 13. 43. Hujus consumatæ ætatis & in illâ Mæsis initium erit
 dies majestatici celestis qui brumalis hujus vitæ solis, omniumque
 dierum erit ultimus ac novissimus, qui rerum mundanarum vicissitudini, ipsiq;
 adeo tempori ultimo suo puncto ita finem imponet, ut post hunc nullæ horæ,
 dies, menses, anni, per quos durationes rerum mensurentur numerari pos-
 sint, dies, quo EL. ELOHIM, JHOVAH, quo, sicut de repente fulgur exit ab
 oriente, & penetrat ad usq; occidentem, cum Majestate & gloriâ multâ manifestan-*

das ex zionis perfectissimo splendore FILIUS HOMINIS convocabit terram ab ortu solis usq; ad occasum ejus, Pſal. 50. 1. 2. dies, quo sonabit per inferna tumulorum vox illa Θεαρθρωμο potentissima: Evigilate, jubilate, qui inhabitatis pulverem, quo revivificent mortui, & corpore suo resurgent singuli Eſa. 26. v. ult. Joh. c. 6. 30. 11. 24. dies quo judicabit HOMO JESUS CHRISTUS orbem terrarum in iustitia Act. 17. 31. dies apocalypſeos JESU CHRISTI, & secundum excellentiam specialissimæ operationis dies DOMINI, imo dies magnus, reverendus, & terribilis, dies iræ, dies iusti & magni iudicii, 2. Theſ. 1. 7. 8. 9. 1. Theſ. 5. 33. Joel. 2. 31. Rom. 2. 5. Jud. v. 6. dies, quo Dominus Jesus de cælo revelandus cum igne flammante infliget ultionem iis qui Deum nesciunt, neq; auscultant Evangelio Domini nostri Jesu Christi, 2. Theſ. 1. 8. 9. dies, quo cæli, cum stridore præteribunt, elementa verò æstuantia solventur: terraq; & quæ in eâ sunt opera exurentur 2. Per. 3. 10. Dies, quo damnati abibunt ad supplicium æternum: iusti verò ad vitam æternam, Matt. 25. v. ult. Hæc vitæ æternæ quisquis adit æstivas amœnitates, & æternantes delicias, post brumalis hujus vitæ injurias, annon felix sit vereq; beatus? annon effusissimas lacrimas, quas nobis in luctibus exprimit humanitas & conjugalis charitas temperare præstat gratulatione illius ineffabilis amœnitatis & divinisimæ serenitatis, ac beatificæ, quam jam dissoluta anima, in regno Jesu Christi sentit ac plenissimè ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρῃ corpori adunata sentire incipiet, visionis? Optamus talem doloris temperaturam tum optumo Seniori SCHNIDLERO patri: tum ornatissimæ ac spectatissimæ Matrone ELISABETHÆ GEISMERIÆ, Consultissimi ac Clarissimi Viri DN. HENRICI Schnidlers / J. U. D. Eximii p. m. viduæ mœstissimæ, quæ jam bis viduata marito à dulcissimis suis avulso complexibus fluctum ex fluctu, luctum ex luctu, dolorem ex dolore subire & cum illâ apud Menandrum exclamare potest

*me miseram quæ sola calamitates tales experior
 quas præ immanitate nemo facile crediderit.*

Sanè arctissimam illam & felicissimam copulam, quæ individuum & perennaturâ vitæ consuetudinem promittere videbatur unius biennij intervallo, rumpi & cui ad talamum mense Aprili hymenæus & Talasio boni ominis causâ acclamabatur, eidem in ipso ætatis ac virtutis flore, tam subito mense Majo parentando lessum fieri, jalemumq; cani, grandis omnino doloris & acerbissimi luctus materia videtur. At leniet illam funeris maritalis & apud mœstissimum Senjorem, filialis, acerbitem, paterna, quæ optima semper est, DEI voluntas, & status illius, in quo nunc est beatissima defuncti anima, abruptis,

quæ

quæ nostram mortalitatem infirmant, adversitatibus felicitas, ac sequendi gra-
 ta necessitas. Felix, cui ita natali redire cœlo datur, & ante lassitudinem iter
 exigitur. Natus autem est pie defunctus Rostochii Anno 1620. 2. Decembri.
 Patre *Speclatissimo ac Integerrimo viro* DN. JOHANNESCHNIDLER Rostochi-
 Reip. *sedecim viro, ædis Mariane præfecto primario, & Seniore laudatissimo,*
 nunc mœstissimo: matre honestissimâ Matronâ ELISABETHA GUSENBIEB
 p. m. mox sanctissimo *τῆς πάλυ γυνεϊκῆς* lavacro renatus JESUM CHRI-
 STUM per baptismum induit, & inde sub signo sacra militiæ militare cœpit.
Avum paternum habuit *Amplissimum virum* JOHANNEM SCHNIDLER/Westph.
Consulem in Langenschede in Diœc. Colonienſi: Aviam paternam GEKRUDEM
Korbess / ex honoratissimâ illius loci familiâ ortam: Avum maternum, virum Pru-
dentissimum DN. HENRICUM GUSENBIEB / *Senatorem & Camerarium Rosto-*
chiensem clarissimum: Aviam maternam ANNAM vetusta NETTELNBLA-
 DIORUM familiâ claram. His præclaris natalibus dignum ac generosorem
 animum, cum ipsa balbuties, & prima prætexta ostenderet teneram statim
 infantiam, & post hanc pueritiam & juventutem floridam, pietati & eru-
 ditioni velut datâ stolâ elocarunt optimi Parentes, currente qui paucas ha-
 ctenus emensus erat aristas, sponte suâ filio. lactis *in scholis trivialibus*, tum
 in patria: tum alibi, & qui honoris causâ nominandus nobis est, sub magno
 illo KIRCHMANNO Philologo celeberrimo, Lubecæ, *humanitatis fundamen-*
tu, JULIAM adiit, inde REGIOMONTANAM Borufforum Academiam: ibidemq; non
 segni otio sanctum Studiosi nomen velavit: sed toto pectore *Philosophicis ac*
Juris iam privati: quàm *publici* studiis incubuit, & ut Lyta legum, domum re-
 dired, sollicitè laboravit, quin & ut reversus & suorum studiorum fructus ac
 publica specimina sisteret, de materiis tum Philosophicis: tum Juridicis cum
 applausu Auditorij publicè RESPONDENTEM dedit. Innotuerat jam
 Amplissimo Jctorum in hac Univerſ. Collegio Candidati nostri, eruditio ac
virtus, quæ proinde *repulsæ nescia sordidæ* non poterat non *intaminatis fulgere*
honoribus. Eminentiam honorum ac privilegiorum Doctoralium justissimis
 precibus, memor exantlatorum in Juris studio laborum impetravit, & Spe-
 ctatâ legum scientiâ tum *in Examine rigoroso: tum Disputatione Inaugurali d. 4.*
Maij. Anno 1649. habitâ de nobilissimo *sequestrationis* argumento Anno 1650. 27.
 Augusti sub Eminentissimo Jcto SCHUCKMANNO, Antecessore hujus Uni-
 versitatis celeberrimo ac præclarissimè merito, & Seniore venerando tum Pro-
 motore ac DECANO &c. In Excellentium Virorum numero inter omniū ap-
 plausus obtinuit. Desponderat jam ante anno 1648. sibi proxenetis s. pronubis

re Conciliatorib. nuptiarū ufus illis, quorū sancta fibierat autoritas, *pudicissimā*
feminam CATHARINAM, JOACHIMI Dünckers/ Civis Rost. Integerrimi
 filiam, & M. ANDREÆ Dünckers/ Eccles. Perrinæ Rostoch. quondam per
 40. annos continuos *Pastoris, ac Rev. ministerij Rostoch. Senioris* inclutæ memo-
 riæ, neptem, ADAMI BORCHART, *Senatoris hujus Reip. Spectatissimi,*
 ruptâ biennij & quinquemestri copulâ, *viduam,* ætate ac Virtutum suavitate,
 floridam, eamq; die 19. Januarij anni 1648. domum duxit: at cujus conjugij
 Societas arcta magis: quàm diuturna fuit: illo ipso enim anno cum die 29.
 Novembris pulcherrimâ eaq; masculâ prole Maritum parentem fecisset, &
felix in acie sterisset, 14. à partu die defuncta, tantum reliquit mœstissimo vi-
 duo doloris: quantum erga tenellum pusionem, commiserationis. Sedit
 inter viduitatis molestias *μὰνα εἰς τῆς* noster, eandemq; , ne quis eodem, quo
 corpus, funere, memoriam elatam fuisse putet, acerbissimè flevit: at cum Sa-
 pientis sit, modum lacrimis ponere, & non perpetuo Vano indulgere dolori,
lugere desit, meminisse perseveravit. Floruit tum & in pari viduitatis dolore se-
 dens, virtutib^o illustribus aciem oculorum perstrinxit pie defuncto nostro *pu-*
dicissima & honestissima indolis ac familiæ matrona ELISABETHA Geismers/
 Præclarissimi DN. NICOLAI GEISMERI, *Senatoris quondam Rostochiens. pru-*
dentissimi filia, & *Spectatissimi* DN. WINHOLDI Berdes/ p. m. *Senatoris*
pariter Rostochiens. Vidua; neq; defuit in pie defuncto nostro *ἡ ἀντισηροφῆ*:
 jam ergo superantibus honestissimis amorum flammudis, novum, sedectissi-
 morum horum pectorum conjugium, non neglectâ Superiorum & legitimo-
 rum autoritate, contrahitur & contractum Anno 1650. 30. Aprilis solemnibus
 nuptiis consumatur: quænam hic amoris, quæ fidei conjugalis certamina, quæ
viduicias reciproçæ & concordia fuerint Spectacula, id vero norunt omnes,
 qui beatissimum D. SCHNIDLER UM, & mœstissimam iteratâ viduitate
 GEISMERIAM: neq; caruit hoc conjugium benedictâ fecunditate: sed
 uti ex primo toro JOHANNEM filium avo Seniori: ita ex altero, HENRI-
 CUM filium sibi cognominem sustulit, & utrumq; illum utrinq; orphanum,
 & ob ipsam tenerrimæ ætatis impotentiam commiseratione dignum, nisi
 DEUS esset PATER PUPILLORUM & VINDEX VIDUARUM,
 reliquit, unâ cum illis, quos, uti par erat, paterno affectu profecutus est, pri-
 vignis CHRISTOPHORO & NICOLAO Berdes/ qui in hoc funere
 PATREM efferri effusis lacrymis agnoscunt. Cæterum nihil in humanis so-
 lidum, nihil sine adversitate: nihil durabile: omnia felicibus dubia sunt,
 nihil ex his, quæ mortalia sunt, quisquam in futurum potest promittere.
 Vixit hæctenus, virtutis, dignitatis, bonæq; famæ felix noster SCHNIDT-
 LE-

LERIUS: vixit lætus conjugis, sobolis, & omnis domesticæ ac rogatæ felicitatis: corpus solidum fatalem terminum longissime & ultra etiam septuagenarium proferre: virtutis ætatisq; flos ipsâ herbescente viriditate, demum autumnum, & in illo fructus producendos, suavissima domi societas irruptam fidem conjugalem ad seros Nestoris annos videbatur promittere, cum ecce benè hæctenus æstimatum corpus anno superiori in ipsâ vigilia τῆς γενεθλίου ἡμέρας invasit mirabilis Diarrhœa Scorbutica, quæ licet exploratissimis experientissimorum Dn. Medicorum antidotis depulsâ fuerit, debellari tamen & eradicari non potuit: sensit pie defunctus exinde Protei Illius Scorbutici noxias reliquias: quæ majori vi erumpentes 19. Maji h. g. inusitatis & mirabilibus defævierunt hi æmorrhææ Scorbuticæ paroxysmis, de quibus Experientissimus & Excellentissimus Dn. **JOACHIMUS STOCKMANNUS**, Med. D. ac Prof. celeberrimus, Dn. Collega & compater honoratissimus elegantibus his lusit versiculis.

*Qui prodesse volunt, & delectare Poëtæ,
 Describunt varias mentitum Protæa formas,
 Est etiam Medicâ Proteus spectandus in arte,
 Morborum siquidem facies mille induit Unus
 Scorbutus, falsâq; latens sub imagine, nunc has,
 Nunc illas nescit mutato nomine fraudes.
 Quin etiam vix visa unquam symptomata prodit,
 Sanguineos vomitus, piceiq; stupenda cruoris
 Excrementa alvi. Quæ tu Schneilere repente
 Eheu! sensisti tenues prostrernere vires,
 Et paucis horis dulcem vitam exhaurire,
 Sed te felicem! celeri cui morte beato
 Hydropis licuit pronos præveriere fluctus.*

Sensit ὁ μακρογῆτος noster æstum vehementioris morbi, confecturum hunc ætatis florem: sensit exactam hujus vitæ fabulam & mortalitatis scenam sensit rumpendam, uti ratum erat, instanti morte sanctissimam & illibaram conjugii fidem: igitur, desperatâ mortali vitâ, id unice intendit ut hic tributum mortis non invitus conferret, & cortinam beatè clauderet, ad quod, exiguum temporis illi sufficiebat, qui quotidie vitæ suæ manum summam imposuerat. Illo ipso ergo, quo redibat Tyrannus ille Scorbuticus, die 19. Maji (Mercurij fuit ille) post ardentissimam confessionem, & gratiosam absolutionem, corpore ac sanguine Dominico, velut infallibili gratiæ, remissionis peccatorum, Unionis, immortalitatis ac futuræ, quam credimus, resurrectionis

firma-

firmamento ab admod. Reverendo & Excellentissimo DN. JOHANNE
 CORFINIO SS. Theol. D. Prof. Publ. & Pastore Mariano, Collega & Amico
 nostro honoratissimo, instructus, horis postmeridianis Dilectissimæ suæ caxæ
 & tenerriam sobolovivissima solatij & virtutum monita dedit, ac supremum
 VALE dixit: inde contra paroxysmos morbi, vehementissimis luctatus est
 supplicationibus, usq; dum supremum Spiritum, inter agones precum, & cum
 lingua deficeret, gemituum, 20. Maji die horâ 6. pomeridiana in manus cœle-
 stis patris deponeret, & ita anno ætatis 32. currente, beatissime in CHRISTO
 obdormiret. Ampla hic luctus est materia cujus pharmacum non capit hu-
 jus programmatis angustia. *Vos omnium ordinum cives honoratissimi*, quod
 unum potestis, frequentes præstate, & magno numero, ab debitâ *τεμενότησι*
 exequias hodie ite. Postulat id piè defunctus, qui nobile honoratissimi no-
 stri corporis Academici membrum fuit: cui frequentibus exequiis, & præ-
 clarâ recordatione nunc saltem inservire potestis. Magnum id erit mœstissi-
 mæ viduæ, magnum tristissimo & jam annoso patri: magnum honestissimæ
 SCHNITLERIANORUM familiae solatium, nec minus gratum Consultissi-
 mo & Præclarissimo DN. HERMANNO Sembten / J. U. Licentiato, judicii
 Provincialis Meckelb. Advocato, & Univers. nostræ optimè merenti DN.
 Secretario, qui piè defuncti sororem Virtutum decoribus ornatissimam con-
 jugem appellat, hoc ipso præstabit officium. Adeste frequentes, & dum funus
 effertur, mementote, quod de Senecione Cornelio Equite Romano scripsit seneca
 l. 17. ep. 102. *Omnis dies, omnis hora quàm nihil sinus ostendit & aliquo exemplo
 recenti admonet fragilitatis oblitus; tum æterna meditates respicere cogit ad
 mortem, sed & Augustanam illam cranei humani picturam: QUOD TU
 ES, EGO FUI: QUOD EGO SUM, TU ERIS: vel illud sanctissimi Pro-
 phetæ: OMNIS CARO FOENIM ET OMNIS GLORIA EJUS TAN-
 QUAM FLOS AGRI.* P. P. Rostochij sub Sigillo Univers.

die 24. Maji Anno 1652.



LERIUS: vixit latus conjugis, sobolis, & omni
 tatis: corpus solidum fatalem terminum longi-
 narium proferre: virtutis ætatisq; flos ipsa h
 autumnum, & in illo fructus producendos, suam
 fidem conjugalem ad feros Nestoris annos vi-
 bene hæctenus æstimatum corpus anno superio-
ημέρας invasit mirabilis Diarrhœa Scorbutica,
 rientissimorum DN. Medicorum antidotis de-
 & eradicari non potuit: sensit pie defunctus
 noxias reliquias: quæ majori vi erumpentes 19.
 bº defævierunt hi æmorrhœæ Scorbuticæ parox-
 mus & Excellentissimus DN. **JOACHIM**
 Med. D. ac Prof. celeberrimus, DN. Collega &
 gantibus his lusit verficulis.

*Qui prodesse volunt, & delectare Po-
 Describunt varias mentium Protea f
 Est etiam Medicâ Proteus spectandus
 Morborum siquidem facies mille inda
 Scorbutus, falsaq; latens sub imagine
 Nunc illas nescit mutato nomine frau-
 Quin etiam vix visa unquam sympton
 Sanguineos vomitus, piceiq; stupet
 Excrementa alvi. *Quæ tu Schneil
 Eheu! sensisti tennes prosternere vires
 Et paucis horis dulcem vitam exhauriri
 Sed te felicem! celeri cui morte beato
 Hydropis licuit pronos prævertere flu-**

Sensit ò *μαχαετης* noster æstum vehementio-
 ætatis florem: sensit exactam hujus vitæ fabu-
 sensit rumpendam, uti ratum erat, instanti mor-
 conjugii fidem: igitur, desperatâ mortali vitâ,
 tum mortis non invitus conferret, & cortinam
 guum temporis illi sufficiebat, qui quotidie vitæ
 fuerat. Illo ipso ergo, quo redibat Tyrannus
 (Mercurij fuit ille) post ardentissimam confessio-
 nem, corpore ac sanguine Dominico, velut infan-
 carorum, Unionis, immortalitatis ac futuræ, quæ

ac togatæ felici-
 etiam septuagē-
 ditate, demum
 cietas irruptam
 ttere, cum ecce
της γενεθλίου
 ratissimis expe-
 ebellari tamen
 illius Scorbutici
 atis & mirabili-
 s Experientissi-
MANNIS,
 oratissimus ele-

icturum hunc
 itatis scenam
 n & illibaram
 ut hic tribu-
 , ad quod, exi-
 mmam impo-
 s, die 19. Maij
 am absolutio-
 missionis pec-
 resurrectionis
 firma

